



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Regia Via Crvcis

Haeften, Benedictus van

Antverpiaë, 1635

Cap. XIV. Abnegatio sui, optima Crvcem ferendam præparatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46093](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46093)

## CAPVT XIV.

*Abnegatio sui, optima ad CRUCEM ferendam preparatio.*

*Abneget semetipsum, & tollat CRUCEM suam. Luc. 9, 23.*

*Ingenium geniumq; tuum, te denique totam, Baiularitè CRVCIS si lubet esse, nega.*



ATIS iam superq;, aiebat Christus, sæcularium CRUCES expendimus: & ipsa utcumque vides, sorores tuas non tam fugisse quàm commutasse CRUCEM, leuem illam & breuem, in grauißimam prorsus & maximè diuturnam; pro quâ, tantum abest vt meritum sperent, quin etiam pœnam incurrant. Iis proinde relictis, reliquum est vt ad CRVCIS susceptionem magis instruaris. Nil gratius, aiebat Staurophila, mihi accidere posset: etsi enim animata utcumque sim, nescio tamen quis horror etiamnum peruadat animum, quem confirmandum & ipsa satis video.

Nec ego, ô filia, aiebat Christus, sine aliquo præambulo in viam CRVCIS te introduxi.

Abneget semetipsū, et tollat CRVCEM suam.



Ingenium geniumque tuum, te denique totam,  
 Baiula ritè CRVCIS, si lubet esse, nega.

duxi. Annon dixi: *Si quis vult post me venire, ABNEGET SEMETIPSUM ET TOLLAT* Luc. 9, 23.

*CRUCEM SVAM?* Et sermo quidem unum Chrysoft. Hom. 56. in Matth.

quid significare videtur, tria verò continet, *abnegationem tui ipsius, & ut CRUCEM accipias, & tertio ut me sequaris.* Prima igitur conditio necessaria est tui ipsius abnegatio, sine quâ nemo CRUCEM tollet; aut si tulerit, non feret constanter. Et quidem volentibus me sequi, omnia relinquenda denuntiavi, dicens: *Qui non renuntiat omnibus que* Luc. 14, 33.

*possidet, non potest meus esse discipulus.* Sed in omnibus istis ne ipsum hominem (attende quæso) excepi, volens eundem esse relinquentem, & relictum. Quod ut expressius insinuarem, dixi, *UT ABNEGET SEMETIPSUM.* Et fortasse laboriosum non sit homini, Gregor. Hom. 32. in Euang.

*relinquere sua, sed valdè laboriosum est relinquere semetipsum. Minus quippe est abnegare quod habet, valdè multum autem, abnegare quod est.*

Sed quomodo, aiebat Staurophila, intelligendum, *ABNEGET SEMETIPSUM SIBI,* Sixt. Papa l. de Cast. tom. 5. Biblioth. Pat.

*cùm se ipsum homo sibi negare non possit, eò quòd conscientia eius non recipiat, ut se aut non esse putet, aut alterum possit estimare quàm fuerit? Puto hoc esse negare se, verbi gratiâ, si cui dicatur, Tu es Lucius? & cùm ipse sit, non se esse respondeat. Hòc apud alterum si fortè*

valebit, non tamen apud semetipsum. Quomodo ergo sentiendum est, ABNEGET SEMETIPSUM SIBI? aut quomodo semetipsum alius quis relinquet? quò ibit extra se? vel quò est, qui aliquò vadit, & se deserat?

Gregor.  
Hom. 3. 2.  
in Euang.

Adhuc modicum, respondebat Christus in te lumen est, filia; audi & intelliges. Alii sunt homines per peccatum lapsi, aliud per naturam conditi; aliud quod fecerunt, aliud quod facti sunt. Relinquunt semetipsos, quales peccando se fecerunt, & manent ipsimet quales per gratiam facti sunt. Ecce etenim qui superbus fuit, si conuersus humilis factus est, semetipsum reliquit. Si luxuriosus quisque ad continentiam vitam mutauit, abnegauit utique quod fuit; si auarus quisque ambire iam desinit, & largiri didicit propria, qui prius alienari cupiebat, proculdubio semetipsum reliquit. Ipse quidem est per naturam, sed non est ipse per malitiam. Hinc enim scriptum est: Verte impios, & non erunt. Conuersi namque impij non erunt: non quia non erunt omnino in essentia, sed quia non erunt in impietatis culpâ. Abnegare ergo se, est vitare quod per vetustatem fuit, & ad hoc niti, quò per nouitatem vocatur. Est, inquam, expoliare se veterem hominem cum actibus suis, & induere nouum.

Coloff. 3, 9

Paradoxum hoc, aiebat Staurophila, difficulter, vt video, intelligitur; & pauci fortasse

tasse illius sensum assequuntur. Exemplis, aie-  
 bat Christus, res erit clarior. *Quendam ado-*  
*lescentem, fabula ferunt, propter amores me-*  
*retriciis peregrè profectum, & abolito amore*  
*regressum postea veteri occurrisse dilectæ: qua*  
*ubi non interpellata mirata, putauit non recog-*  
*nitam, rursusq; occurrans dixit: Ego sum. Re-*  
*spondit ille: Sed ego non sum. Et expende*  
*quomodo se Paulus abnegauerit, qui dicebat:*  
*Viuo autem, iam non ego. Extinctus quippe*  
*fuerat ille seuus persecutor, & viuere cœperat*  
*pius prædicator. Si enim ipse esset, pius profe-*  
*cto non esset. Sed qui se viuere denegat, dicat,*  
*unde est, quòd sancta verba per doctrinam ve-*  
*ritatis clamat? Protinus enim subdit, Viuit ve-*  
*rò in me Christus. ac si aperte dicat: Ego qui-*  
*dem à meipso extinctus sum, quia carnaliter*  
*non viuo; sed tamen essentialiter mortuus non*  
*sum, quia in Christo spiritualiter viuo. Abne-*  
*gauerat se etiam frater ille in eremo habitans,*  
*ad quem cum carnalis frater auxiliij petendi*  
*gratiâ aduentasset, respondit vt adiret alterum*  
*fratrem eorum, cum ille utique obijisset. Cumq;*  
*admiratus qui venerat responderet, Quia il-*  
*le obijt. Eremita se quoque similiter obijisse re-*  
*spondit. mortuus enim erat mundo & con-*  
*fanguineis, viuebat autem Deo. Et hoc sci-*  
*licet est quod Apostolus meus omnes hor-*  
*tatur. Christus, inquit, pro omnibus mortuus*  
*est,*

Ambros.  
 lib. 2. de  
 Pœnit. c. 10

Gregor.  
 Hom. 32.  
 in Euang.  
 Gal 2, 20.

Bernard.  
 Serm. 2. in  
 Dom. 1.  
 post Oct.  
 Epiph.

2. Cor. 5.

est,

est, ut qui viuunt, iam non sibi uiuant, sed qui pro ipsis mortuus est. Oportet enim numquamque mori sibi, ut uiuat Deo. Quasi nisi quis à semetipso deficiat, ad eum qui super ipsum est non appropinquat; nec ualet apprehendere quod ultra ipsum est, si nescierit mori. Et are quod est. Sic olerum planta transportatur ut proficiant, atque, ut ita dixerim, eradicantur ut crescant. Sic rerum semina in terra admixtione deficiunt, ut in reparatione sui generis uberiùs assurgant. Vnde enim uidentur perdidisse quod erant, inde accipiant hoc apprehendere quod non erant.

Vtiliter, aiebat Staurophila, ignorauit, quod tam luculenter mihi expositum, nunc uelut manu palpo. Sed & planius, aiebat Christus, pleniusque hanc ABNEGATIONEM SVI exponam, quando & libenter differentem aspicuas, & doctrina hæc prorsus sit necessaria. Si intelligis quid sit alium abnegare, tunc recte percipies, quid sit abnegare teipsum. Quasi alium iam abnegauit, fratrem puta, aut seruum, aut quemuis alium, si cædi eum uirgis uideatur, si arceri uinculis, aut quidquid aliud mali patitur, non occurrit, non auxiliatur, non flectitur, nec prorsus ullo modo mouetur, ceu is qui peremptus ab illo alienatus est. Sic igitur nullo te patere. Eto corpori parcere uolo: ut neque si cæditur, neque si pellitur, neque si uiritur, nec si quid aliud

Gregor.  
Hom. 32.  
in Euang.

Chrysostr.  
Hom. 56.  
in Matth.

*aliud huiusmodi patitur, ei parcas, sed quasi extraneus quis, aut hostis hac patiatur, sic afficiaris.*

Papæ! inquiebat Staurophila, quid hoc est? Insensibilem prorsus ac mortuum esse oporteat, qui huiusmodi sit. *Ego homo cum Terent.*  
*sim, humani nihil à me alienum puto: nec video ut in meipsum adeò possim esse crudelis, quæ alienis malis magno sensu compatiar.* Non ego, aiebat Christus, Stoicam insensibilitatem aut crudelitatem suadeo, sed humanos truncari volo affectus, abnegari carnalia desideria, non tribui nimium carni & sanguini. Crimini siquidem apud me obnoxius est parentum amor, si Dei sit contrarius. *Qui enim amat patrem aut matrem plus Matth. 10,*  
*quàm me, non est me dignus.* imò & ipsam <sup>37.</sup>  
 animam seu vitam odisse oportet propter me. Dilexit Petrus animam suam plus quàm me, cum eam periculo timeret exponere, & ideò ter me negavit. Si amasset me, proculdubio abnegasset se. Et, an non ego vnigenitus Virginis Matris meæ abnegavi meipsum, cum, quasi ad eam minimè pertinerem, ei dixi: *Quid mihi & tibi est mulier?* nec *Ioan. 2, 4.*  
 confundere volebam teneram eius verecundiam, sed instruere vos, carnalium curam parentum, & consanguineorum necessitudines, impedire non debere exercitium spirituale.

rituale.



rituale. Vnde cum mihi aliquando diceretur:

Matth. 12, tur: *Ecce mater tua, & fratres tui foris quaerentes te*; respondi: *Quæ est mater mea*

48.

*& qui sunt fratres mei? non iniuriosè matrem*

Beda c. 17.  
in cap. 3.  
Marci.

*na refutans obsequium pietatis, nec fratres contemnens; sed paternis mysterijs amplius quàm maternis deberi monstrans affectibus, & opus spirituale carnis præferens cognationi.*

Gaudeo planè, aiebat Staurophila, quod huius abnegationis te, Domine, non tantum præceptorem habeam, sed & exemplum. Erit sanè mihi hoc nomine & leuior, & gratior. Numquid non Abraham, subiiciebat Christus, abnegauit semetipsum, cum patrem se oblitus, filium vnigenitum, & tenentem dilectum immolare voluit? An non laudantur

Deut. 33,9 *Leuitæ, qui dixerunt, patri suo, & matri suæ, Nescio vos; & fratribus suis, Ignoro vos, &*

Exod. 32,  
28.

*nescierunt filios suos? Cum nimirum zelus inflammatus ob adoratum vitulum, nullo personarum respectu consanguineos quosque trucidarunt? Licet igitur sparsa crine, & scissis vestibus, vbera quibus te nutrierat, mater ostendat, licet in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem, siccis oculis ad vexillum*

Hieron.  
Epist. 1. ad  
Heliod.

*CRVCIS mea euola, solum pietatis genus est, in hac re esse crudelem. Si propria hinc attrahat caro, illinc blandiatur sensualitas, istinc mundus & noti inuident sodales, liberè responde,*

sponde, Nescio vos. Et si qua alia tibi ex parte exterioris hominis cogitatio venerit, respondeas & dicas, Nescio te. Quam diu mea fui, suggestionibus tuis etiam libens acquieui: nunc me Christus sanguinis sui pretio comparauit; mea non sum, nec meam iam possum facere, sed eius ad quem pertineo, voluntatem.

Sixt. Papa  
lib. de Ca-  
stitat.

Ita me facturam, aiebat Staurophila, tuâ gratiâ, confido. Sed satisne iam instructa videor ad CRUCEM baiulandam? Satis, inquit, bat Christus, si his probè noueris uti, & ad particularia descendens ea in opus conferas. Et quo pacto, rogabat illa, hoc faciam? Cui Christus: Homo, uti nosti, duabus constat, ijsque diuersissimis partibus, corpore scilicet & animâ. Vtrisque autem sua debetur *Abnegatio*, quam nisi adhibueris, CRUX tibi prorsus erit intolerabilis. Primò autem necesse est, longius abigas vicinam illam tuam Dominam, dico *Sensualitatem*, mulierem per omnia mundanam, leuem & carnalem: quæ te quoque ad carnis illecebras & sæculi vanitates allicere studet. Hæc sensuum blandimenta, quibus homo vel maximè inescatur, continuè offert; nam vel visu lepida, vel gustu sapida, vel odoratu fragrantia, vel tactu mollia, aut auditu ingerit iucunda, atque hisce lenociniis quemque ad se pertrahere nititur. Quæ nisi statim refutaueris, exer-

raſti

raſti à CRVCIS ſemitâ ; in viam peccatorum  
 rediſti. Seductrix illa ( vt ſolita ) oſtendet tibi  
 adoleſcentularum mundi huius delicias &  
 honores, quibus ſecundùm deſideria ſua  
 perfruuntur. Niſi autem auerteris oculos tuos  
 ne videant vanitatem, citò abiecta CRVCIS  
 incipies vagari poſt greges ſodalium tuarum.  
 Suggestet deinde ſcandalum CRVCIS, & ſcandala  
 liarum Babylonis ſubſannationes : tu vero  
 obtura aures tuas ad voces Sirenarum, atque  
*Pl. 37, 25.* *esto sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutionem.* Amaram & inſipidam  
 CRVCEM, tactuque inſuauem exprobrabit : tu autem, ô filia, propter verba labiorum  
 meorum ſerge custodire vias duras  
 reſpue obſtacula ſenſus, & amplectere  
*Sap. 13, 1.* *asperitatem CRVCIS. Vani enim sunt sensus hominum, in quibus non subest scientia Dei.*  
 Monitis his, aiebat Staurophila, cautior ero  
 vt ſubdolam hanc mulierem, quæ honeſta  
 mihi quidem videbatur, omnibus modis vitam  
 tem. Bonum id, aiebat Chriſtus, ſed non ſatis ;  
 reſtat enim, vt interiorem quoque hominem  
 mortifices. In eo autem abneganda memoria,  
 intellectus & voluntas. Memoria inſtat  
 pugillarium, inaniũ, ſuperfluarũ & indecentium  
 rerum ſimilitudines retinet coaceruat : hæ  
 autem intellectum ad ſui conſiderationem,  
 voluntatem ſollicitant ad amorem.

Pro-

Protere igitur tabellas has, quæ sæcularis felicitatis spectacula repræsentant. Si enim recordata fueris mundanæ prosperitatis, non diu in CRVCIS perseuerabis VIA. Lumen quoque interiorum oculorum, intellectum dico, & vagæ imaginationis perspicilia, in obsequium sanctæ CRVCIS calca, neu tuo uti velis iudicio, aut *sapientiâ carnis*, quæ *inimica est Deo*, & in multos te inducet errores. Callida imaginatio longè maiorem & grauiorem repræsentabit CRUCEM, quàm reuerà sit, itaque semper querula, semper eris impatiens. Intellectus suggeret, non impositam, sed aliam quamuis melius tibi conuenire CRUCEM. Tu verò vtrumque abnegans, *omne quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tuâ patientiam habe*. Denique *& à voluntate tuâ auertere*. Ipsa enim desiderijs suis, amore, dolore, gaudio, irâ, variè abducta, iugum CRVCIS tentat excutere. Abnega ergo, ad exemplum meum, voluntatem tuam, vt in omnibus id tibi fit in ore, id in corde: *Non mea, sed tua Domine voluntas fiat. Hæc sedulò meditare, & in his esto*.

Rom. 8, 7.

Eccli. 2, 4.

Eccli. 18, 30.

Luc. 22, 42.

1. Timoth. 4, 15.

H

CA.